AB INCOMMUTABILI DEI SAPIENTIA RATIONE
TAMQUAM INTELLEGIBILES LOCUTIONES
IN EA QUAE INFRA SUNT TRANSMITTENTE
FIERI TEMPORALES MOTUS IN REBUS TEMPO
RALIBUS UEL FORMANDIS UEL ADMINISTRAN
DIS. SI AUTEM LUX QUAE PRIMUM DICTA EST
UT FIAT ET FACTA EST ETIAM PRIMATUM CRE
ATURAE TENERE INTELLEGENDA EST IPSA EST
INTELLECTUALIS UITA QUAE NISI AD CREATO
REM INLUMINANDA CONUERTERETUR FLU
ITARET INFORMITER. CUM AUTEM CON
UERSA ET INLUMINATA EST FACTUM EST
QUOD IN UERBO DEI DICTUM EST FIAT
LUX. UTRUM TAMEN QUEMADMO
DUM SINE TEMPORE DICTUM EST QUIA
IN UERBUM PATRI COAETERNUM NON

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.8, 3v – Augustinus: De genesi ad litteram (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u7vb/4439/45990)